Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



processus gerant et faciant contra ipsos ipsosque suos contra et mora et bona sua quecumque
et quantumcumque quocumque quocumque et ubicumque voluerint et ipsis creditis placuerit et
videbitur expedire si non fuerit ipsis creditis in loco et termino qui fuerit ut predicitur
constituti de tanta quantitate florenorum auri nec non dampnum expensarum et interesse predictis eisdem
integre satisfactionem et adiurandum in ipsorum conscientias et cuiuslibet eorum animas de
integra solutione dicte quantitatis florenorum auri facienda ipsis creditis loco et termino
predictis vel alias mandatum quolibet in ipsorum animas faciendum unum vel plura in scriptura
bene vallatis omnibus hic contentis et aliis quibuscumque obligationibus renunciationibus penis
conventionibus et cautelis que expedirent ad ipsorum creditis sensum et voluntatem fieri et confici
faciendum et generaliter omnia alia faciendum constituendum que ipsis creditis placuerit
et ad quodlibet predictorum fuerit opportunum etiam si essent aliqua que mandatum etc. alium
seu alios procuratorem pro premissis omnibus et singulis et quolibet premissorum substituendum ra-
tificandum et approbandum et habentes eximie ratum etc. ut in precedenti usque finem

Super eodem pro episcopo

Universis etc. a dei gratia episcopus salutem in domino universitate vestre tenore presentium in- · 310 ·
notescat quod quesi de fidelitate et circumspectione discreti viri tali ipsum licet absen-
tem tamquam presentem facimus constituimus et ordinamus nostro et ecclesie nostre nomine nostrum et ecclesie nostre verum
et legitimum procuratorem actorem factorem et nuncium specialem dantes et concedentes eidem procuratori
nostro tenore et auctoritate presentium plenam et liberam potestatem ac specialem mandatum nostro et dicte
ecclesie nostre nomine mutuum contrahendi usque ad summam m. florenorum auri dictamque summam
integre soluturum loco vel locis atque termino de quibus cum creditis duxerit ordinandum
promittendum et convenendum eidem creditis nos et nostros successores integre refecturos et resarcturos
atque soluturos omnia et singula et ex dampnis et expensis et interesse litis et extra que et
quos dicti creditis in iudicio et extra obdefectum dicte solutionis et restitutionis aut eius
occasione fecisse vel incurrisse dixerint solo verbo sine sacramento testium aut alia proba-
tione seu iudicis taxatione si nos et successores nostros in loco et termino quibus cum dictis creditis
ordinandum duxerit deficere contigerit in solutione et restitutione pecunie supradicte et ad ob-
ligandum nos et successores nostros episcopos dicte ecclesie ac ipsam ecclesiam et omnia nostra et eo-
rum bona mobilia et immobilia presentia et futura ecclesiastica etiam et mundana et renuncia-
tis in hiis omnibus et singulis dictis nominibus exceptione non iurate non solute non recepte
dicte pecunie summe doli mali metus et in factum actioni sine etc. ut in proximo
precedenti usque in predicta generalem renuncie non valere et omnibus aliis exceptioni-
bus iuris et defensionis per quas seu que contra creditis eosdem nos et successores nostri
nos possemus in posterum defendere seu tueri insuper iurandum corporaliter ad sancta
dei evangelia in animam nostram solutionem facere loco et termino quibus cum creditis